

TESTO

Colombo, o chi per lui, rende conto al re di Spagna della sua missione verso le Indie (la prima spedizione, quella del 1492). Nel passo selezionato l'Ammiraglio descrive l'isola di Hispaniola. Ai dati fisici, seguono quelli relativi alla popolazione.

In ea autem insula, quam Hispanam supra diximus nuncupari, maximi sunt montes ac pulchri, vasta rura, nemora, campi feracissimi seri pascuisque et condendis aedificiis aptissimi. Portuum in hac insula commoditas et praestans fluminum copia, salubritate admixta, hominum – quae nisi quis viderit – credulitatem superat. Haec praeterea insula diverso aromatis genere, auro metallisque abundat. Cuius quidem et omnium aliarum, quas ego vidi et quarum cognitionem habeo, incolae utriusque sexus nudi semper incedunt, quemadmodum eduntur in lucem, praeter aliquas feminas, quae folio frondeve aliqua aut bombicino velo operiuntur, quod ipsae sibi ad id negotii parant. Carent hi omnes quocumque genere ferri. Carent et armis, utpote sibi ignotis, nec ad ea sunt apti; non propter corporis deformitatem (cum sint bene formati), sed quia sunt timidi ac pleni formidine. Gestant tamen pro armis harundines sole perustas, in quarum radicibus hastile quoddam ligneum siccum et in mucronem attenuatum figunt; neque his audent uti. Nam saepe evenit, cum miserim duos vel tres homines ex meis ad aliquas villas, ut cum earum loquerentur incolis, exiisse agmen glomeratum ex Indis et, ubi nostros appropinquare videbant, fugam celeriter arripuisse, despretis a patre liberis, et e contra; et hoc non, quod cuiquam eorum damnum aliquod vel iniuria illata sit. Immo, ad quoscumque appuli et quibuscum verbum facere potui, quicquid habebam, sum elargitus. Sed sunt natura pavidum ac timidi. Ceterum ubi se cernunt tutos, omni metu repulso sunt admodum simplices ac bonae fidei et in omnibus, quae habent, liberalissimi. Roganti, quod possidet, inficiatur nemo, quin ipsi nos ad id poscendum invitant. Dant quaeque magna pro parvis, minima licet re nihilove contenti.

LIVELLO B1 (90 min.)

ESERCIZIO NR. 1

Completa questa parafrasi del testo di Colombo con le parti che ti sembra necessario aggiungere, scegliendole dalle frasi indicate alla fine del testo. Segnala il numero corrispondente nello spazio vuoto.

In insula Hispana, cuius mentionem supra fecimus, sunt alta ac pulcherrima iuga, silvae, agri laetissimi, planities aptae ad pascua et ad domos aedificandas. _____ fieri portus, praeterea flumina copiosa ruunt, caelum est saluberrimum, supra quam credibile tibi videri possit, nisi ipse videris. Ibidem aromata abundant, auri metallorum _____. Huius insulae et aliarum, quas perlustravi ac peragravi, omnes incolae, _____ vestibus non utuntur, _____ semper nudos se praebeant, exceptis quibusdam mulieribus, quae veste aliqua utuntur, vel ex frondibus ab ipsis facta vel serica. Hi omnes ferro non utuntur neque arma cognoscunt, cum neque his audeant uti si haberent, non quia _____ (immo robusta sunt), sed quia animo pavido ac formidolosi sunt. Tamen pro armis arundines ferunt solis ardore arefactas atque duratas, in quarum radicibus hastulam quandam ligneam, siccata et acutam, _____ figunt. Nam saepe evenit ut, cum aliquos ex meis sociis _____ missetem cum incolis loquendi gratia tantum, exiret turba bellicosa ex Indis, qui statim ut nostros appropinquare vidissent, fugam ita celeriter caperent, ut a parentibus liberi relinquerentur et parentes a liberis, quamvis _____ . Immo, cum eorum alicui forte obviam issem atque cum eo verba facere liceret _____ quidquid habebam donavi. Tamen Indi sunt natura pavidi ac timidi. At, cum se cernant tutos ac metu omnino careant, _____ sunt simplices ac sinceri et omnia, quae habent _____ liberaliter donant. Si quis nonnullam rem petat, quod possideant _____ dant. Omnia quamvis pretiosa _____, satis habent _____ etiam si mutuo res vilissima vel nihil redditur.

1. nemo eorum a nobis laesus esset
2. corpora infirmitate aliqua afficiantur
3. magna copia invenitur
4. adeo ut
5. ad eorum pagos
6. parvo pretio concedunt
7. mares et feminae
8. mirum in modum
9. libenter et sua sponte
10. in eadem plurimi sinus possunt

ESERCIZIO NR. 2

Che cosa significano nel contesto della lettera di Colombo le seguenti espressioni?

1. *nuncupari* (r. 1)

- Essere occupata
- Essere raggiunta
- Essere chiamata
- Essere conquistata

2. *nemora* (r. 2)

- Boschi
- Laghi
- Dimore
- Pascoli

3. *seri* (r. 2)

- Da coltivare
- Tardivi
- Seminati
- Serali

4. *salubritate admixta* (r. 4)

- Il clima è salubre
- Le acque dei fiumi sono salubri
- Gli uomini godono di buona salute
- La ricchezza porta salute

5. *incedunt* (r. 7)

- Camminano
- Fuggono
- Si ritirano
- Si spogliano

6. *agmen glomeratum* (r. 15)

- Una schiera compatta
- Una schiera in fila indiana
- Una schiera raggomitolata
- Una schiera inglobata

7. *cuiquam eorum* (rr. 16-17)

- A ciascuno di loro
- A nessuno di loro
- A qualcuno di loro
- A tutti loro

8. *tutos* (r. 19)
- Tutti insieme
 - Sicuri
 - Controllati
 - Incoraggiati

9. *inficiatur* (r. 21)
- Regala
 - Rifiuta
 - È ascoltato
 - Si degna

10. *licet* (r. 22)
- Quando è lecito
 - È possibile
 - Benché
 - Tuttavia

ESERCIZIO NR. 3

Nel testo di Colombo che hai letto, quali parole hanno lo stesso significato di quelle qui elencate? (Indichiamo le forme dei nomi al nominativo e dei verbi all'infinito)
Scegli le corrispondenze nell'elenco alla fine dell'esercizio

- A. *timor*
- B. *acutus*
- C. *neglegere*
- D. *infirmetas*
- E. *aedificare*
- F. *animum confirmare*
- G. *canna*
- H. *obviam ire*
- I. *comburare*
- J. *petere*
- K. *gigni*.....
- L. *loqui*
- M. *turba*
- N. *mirum in modum*
- O. *usus*.....
- P. *se tegere*.....
- Q. *idoneus*.....
- R. *donare*.....

admodum, aedificia condere, agmen glomeratum, appellere, aptus, arundo, deformitas, despernere, elargiri, formido, in lucem edi, in mucronem attenuare, metum repellere, negotium, operiri, perurere, rogare, verbum facere

ESERCIZIO NR. 4

Il testo proposto ha un andamento prevalentemente descrittivo nella sua prima parte, più narrativo nella seconda. Individua

- il punto di inizio di questa seconda parte

- i connettivi che sviluppano l'*exemplum* riportato entro questa seconda parte

ESERCIZIO NR. 5

Indica quali delle seguenti affermazioni si possono ritenere vere, e quali false

	V	F
<i>Omnes in mari Indico insularum incolae, mares et feminae, semper nudos se ostendebant</i>		
<i>Insularum incolae armis non utebantur, quia corpora valetudinis infirmitate afficiebantur</i>		
<i>Omnia quantacumque dabant, sed numquam contenti</i>		
<i>Indigenae, cum se cernebant tutos ac metu omnino carebant, militibus maxime fidebant</i>		
<i>Indigenae advenas ad poscendum invitabant sed quidam, quod habebant, inficiabantur</i>		
<i>Incolae, cum Hispanos appropinquare viderent, fugam quam celerrime capiebant</i>		
<i>Parentes numquam liberos relinquebant, praesertim cum periculum appropinquare vidissent</i>		
<i>Insulae aquis carebant, sed arundinum magnam copiam habebant</i>		
<i>Insularum indigenis pro armis erant arundines perustae, in quibus hastile acutum fixerant</i>		
<i>Milites Hispani hastis et sagittis strenue et audacter utebantur, sicut arundinibus indigenae</i>		

LIVELLO B2 (90 min.)

Dopo aver svolto i precedenti esercizi, puoi procedere con questi se vuoi raggiungere il livello B2

ESERCIZIO NR. 6

Rispondi in latino alle seguenti domande
(max. 3 righe per risposta)

1. *In his insulis incolarum consuetudines valde differunt ab Europaeorum moribus: quae sunt nota digna apud Columbum?*

2. *Cum Columbus haec de insulis repertis perscriberet, quid in animo habebat? Quae maxime profutura esse serenissimo Ferdinando Hispaniarum regi ostendebat?*

ESERCIZIO NR. 7

Traduci il seguente passo, che fa seguito alle precedenti affermazioni di Colombo:

Hi firmissime credunt omnem vim, omnem potentiam, omnia denique bona esse in coelo, meque inde cum his navibus et nautis descendisse: atque hoc animo ubique fui susceptus, postquam metum reppulerant. Nec sunt segnes aut rudes, quin summi ac perspicacis ingenii, et homines qui transfretant mare illud; sed nunquam viderunt gentes vestitas neque naves huiusmodi. Ego statim atque ad mare illud perveni, e prima insula Indos arripui, qui ediscerent a nobis et nos pariter docerent ea, quorum ipsi in hisce partibus cognitionem habebant. Et ex voto successit. Nam brevi nos ipsos et hi nos tum gestu ac signis, tum verbis intellexerunt magnoque nobis fuere emolumento. Veniunt modo mecum tamen; qui semper putant me desiluisse e coelo, quamvis diu nobiscum versati fuerint hodieque versentur.
